



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

11 Votum peregrinationis, clericus secularis sine consensu sui Episcopi  
emittere non potest.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

queſt. 4. c. quando, de iurejur. & Graff. c. 21. num. 7.

8 Ad voti validitatem ꝑ conſiderata tantummodo perſona voventis, tria requiruntur, videlicet, rationis deliberatio, propoſitam voluntatis, & promiſſio, in qua voti ratio perficitur, quæ tria non multa<sup>12</sup> indigent deliberatione, ſed ſubito fieri poſſunt. Sylveſt. in verb. iuramentum, 4. n. 9. quem ſequitur, Graff. ead. cap. num. 2. ſed non omnes habent poteſtatem voventi, quia ſex genera perſonarum vovete non poſſunt.

9 Primò, ꝑ Epicoſopus votum, per quod vineulum inter ipſum, & ſuam Eccleſiam contractum diſſolvatur, emittete prohibetur, nec etiam aliud, per quod eccleſiæ ſuæ graviter præjudicetur, unde votum peregrinationis, per quod diu ab eccleſia ſua abeſſe deberet, ſine licentia Papæ emittete non poteſt, cap. niſi cum pridem, in ſin. de renunciat. cap. ſicut noſtris, & ibi gloſ. in verb. in damnum, de iurejur. cap. magna, de vot. & vot. redem. & cap. licet, de regul. emittete tamen poteſt votum abſtinentiæ, & eleemoſyæ, ac omne votum, per quod bonum præbeat exemplum, d. c. magna, Hoſt. in ſumm. de vot. §. quis vovete poſſit num. 7. & Graff. deciſ. aur. cap. 12. nu. 13. par. 2. lib. 2.

10 Secundo, ꝑ monacho non licet vovete ſine conſenſu ſui Abbatis, & ſi voverit irritandum erit, cap. voto. 20. queſt. 4. & S. Th. 2. 2. queſt. 88. artic. 8. ſimiliter nec Abbates ſine conſenſu ſuorum ſuperiorum, Abb. in cap. ſcriptura, in ſin. de vot.

11 Tertio, ꝑ nec clericus ſecularis votum peregrinationis ſine ſui Epicoſopi conſenſu emittete poteſt, ſed votum continentiæ, & religionis eidem emittete licet, cap. duæ

ſunt. 19. queſt. 2. cap. non oportet, de conſecr. diſt. 5. Innoc. in cap. ſcriptura, num. 3. & ibi Abb. num. 9. de vot. præſertim, ſi habet beneficium, quod perſonalem refidentiam requirat, cap. admonet, ubi etiam gloſ. in verb. in conſulto de renunc.

12 Quarto, ꝑ vir, & uxor non poſſunt vovete abſtinentiam, vel peregrinationem, unus ſine conſenſu alterius, excepto voto peregrinationis ultramarinæ, quod viri, & mulieres altero invito, ſi ſunt potentes, facere poſſunt, Innoc. in d. cap. ſcriptura, n. 3. verſ. vir autem, & ibi Abb. num. 8.

13 Quinto, ꝑ vovete valide non poſſunt impuberes ſine tutoris, vel patris auctoritate, cap. 1. & 2. 20. queſt. 2. nec pubes filiusfamilias, excepto voto religionis, quod liberè emittete poteſt, ſine conſenſu patris, Hoſtienſ. in ſum. §. ſi quis vovete. num. 7. verſ. ſed nunquid, de vot. ſed ad profeſſionem emittendam, hodie non ſufficit pubertas, quia religionem nemo profiteri poteſt ante annum decimum ſextum æpletum. Conc. Trident. cap. de reg. & monia. ſeſſ. 25.

14 Sexto, ꝑ nec ſervus vovete poteſt quicquam, quo minuatur ſervitium domini, cap. ſi ſervus § 4. diſt. cap. mulieres, & cap. relatum, de ſentent. excomm. & Innoc. in dicto cap. ſcriptura, num. 3. & nemo poteſt ꝑ votum ꝑ ſe firmiter obligare in his, in quibus alteri ſubjicitur, ſine conſenſu ſui ſuperioris. Num. cap. 30. Quod autem non poſſit quis ꝑ promiſſionem ſe firmiter obligare ad id, quod eſt in poteſtate alterius, ſed ad id tantum, quod eſt in ſua poteſtate, quoniam. qui eſt ſubjectus alteri, quantum ad ea, in quibus eſt ſubjectus, non poteſt facere, quod vult, ſed dependet à voluntate alterius, quapropter ea ratione